Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dem plantam de vinea mea speciosissima et tu facta es nichil nimis amara. A cedro usque ad hysopum cui fellem miscuisti mihi potasti et lancea perforasti latus salvatoris meo. Agios. Hes. Cum autem venerint ante altare crucem vitalis deponet eam cantando. Ant. Ecce lignum crucis in quo salus mundi pependit venite adoremus. Ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Finito Ps. iterum levatur crux cantando. Ecce lignum. ut pri. Interea venit pontifex cum mitris et adorata cruce deponitur. Deinde prior diaconi sub diaconum acolitus ac cetera ordine et deinde populis cum gravi decione. Salutante vos deo et populo cruce chor. canter. Ant. Dum fabricator mundi mortis suppliciis patereth in cruce clamas voce magna tradidit spiritum et ecce velum templi divisum est monumenta aperta sunt terremotus ceu factus est magnus qa morte filij dei dampnabat mundus se sustinere non posse apto ergo lancea militis latere crucifixi dni exiit sangs et aqua in redemptionem salutis nre. Ant. O admirabile pcium qui ante pontem capitis redempta est mundi captiva confracta sunt claustra inferni aperta est nobis patria regni. Idem sacerdotes qui velata cruce apportaverunt canter hunc ymnum.

Crux fidelis. Chorus aut primum versum nunc a principio nec a medio donec finiat. Sy. sep repetat. Cum hec vadat idem sacerdotes ad sacrarium ul. ubi positum fuerit corpus xpi qd prudie remansit cum summa reverentia duob. lumbibus antecedentib. deferatq sup altare sintq paratus sub diaconus cum calice mistoq vino offerat diacono. pbr vero immittat aqua qa in passione xpi non solum sanguis de latere eius sed etiam aqua exiit et sic ponatur sup altare et operiat corpalis. Tunc inclinat se pontifex cum sacerdos ante altare et p missa cum silentio sub missa voce oret. Ostende nobis dne misericordiam tuam. ul. solum. Confitebor deo pm. solito more non cantando sed legendo tum dicat et deinde se dicat. Oremus. Preceptis salutaribus. Pr nr. libera nos qs. Pax dni sit sdm. chorus. Amen. Tunc pontifex ul. sacerdos sumat particulam corporis xpi et ponat in calicem nichil dicens nisi forte secrete aliquid dicere voluerit videlicet hac oione. Mixtio hec commixtio corpis et sanguis dni nri ihu xpi omibus nobis sumentibus salus mentis et corpis et ad vitam eternam capescendam sumpta sit salutaris. Amen. Pax dni.